



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

231. Quænam mater, & qui sint fratres Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXXXI.

*Didagma XXXVII. Quenam mater,
& qui sint fratres Christi.*

I. **A**Dhuc Iesu loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei: *Matth. 12. v. 46.* & non poterant adire eum præ turba: *Luc. 8. v. 19.* & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum. *Marc. 3. v. 31.*

II. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te: *Matth. 12. v. 47.* Volentes te videre. *Luc. 8. v. 20.* Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærent te. *Marc. 3. v. 32.* At ipse respondens dicenti sibi, *Matth. 12. v. 48.* & respondens eis, ait: *Marc. 3. v. 33.* Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? *Matth. 12. v. 48. Marc. 3. v. 33.*

III. Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, *Marc. 3. v. 34.* & extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. *Matth. 12. v. 49.* Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. *Matth. 12. v. 50.* Mater
mea,

D. N. IESV CHRISTI. 213
mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei
audiunt, & faciunt. *Luc. 8. v. 21.*

MEDITATIO CCXXXII.

*Didagma XXXVIII. Prophetam non
esse acceptum in patria sua.*

I. Iesus veniens in patriam suam (Naza-
reth, ubi erat nutritus, *Luc. 4. v. 16.*) do-
cebat eos in synagogis eorum, (facto sabba-
to, *Marc. 6. v. 21.*) ita ut mirarentur, &
dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & vir-
tutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne
mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus Ia-
cobus, & Ioseph, & Simon, & Judas? & so-
rores ejus, nonne omnes apud nos sunt?
Vnde ergo huic omnia ista? *Matth. 13. v.
54. 55. 56.* Et scandalizabantur in eo. *Mat-
thæ 13. v. 57. Marc. 6. v. 3.*

II. Iesus autem dixit eis: Non est pro-
pheta sine honore, nisi in patria sua, & in
domo sua, *Matth. 13. v. 57.* & in cognatio-
ne sua. *Marc. 6. v. 4.*

III. Et non fecit ibi virtutes multas,
propter incredulitatem illorum. *Matth. 13.
Vers. 58.* Non poterat ibi virtutem ullam
facere: nisi paucos infirmos, impositis ma-
nibus, curavit. Et mirabatur propter incre-
duli-